

878 1880

IOANNIS DA  
MASCENI VITAS A IO  
ANNE PATRIARCHA HIE  
rosolymitano conscripta, nu  
pergab **C**ecolāpadio  
in Latinum  
uersa.



Augustae, 1522.

D. BERNARDO ADELMANN O DE  
Adelsmansfelden, Canonico Augu-  
stensi, Oecolampadius  
Salutem dicit.

**R**edit ad te Damascenus, Bernarde clariss.  
tu forte, ut spiritualium usurarum auidissi-  
mus es Danista, requiris & scenus aliquod  
Ego autem & alij sexcentis nominibus tibi obgra-  
tus, & nuper e magno discrimine, per te ereptus, io-  
tusq; ex asse tuus factus, quid pendam? imo qd ex-  
pectas? Male soluendo sum. Tute inopiae meae com-  
patiaris, & qualem cunctq; oblati unculā pro eximio  
lucro computes necessum erit. Affero titionem ex  
incendio raptum, & mercem parvulam in naufra-  
gio saluatam, Vitam Damasceni grēce, satis elegan-  
ter a Ioanne Hierosolymitano. Patriarcha conscri-  
ptam nuper apud amicum delitescens latinam red-  
didi, corradens aliquantulum pecuniae tibi dinu-  
merandum. Vereor, autem a paucis hāc monetam  
probatum iri. Multum enim autoritatis Damas-  
eno, seculi nostri praeclara ingenia detraxerunt, non  
ferentia, Euangelicam puritatem philosophorū cōe-  
no turbari, necq; mihi in omnibus satis idoneus est  
autor. Vita tamen non minus, quam suauiloquentia  
iucundus est, ut arbitror consona omnium confessio-  
ne. Et uitam probati monachi describere, necq; hoc  
seculo, fuerit ociosum. Atqui ut & hanc reiçiant ma-  
xime, digna tamen est, quæ legatura monachis &

p̄hs omnib; Quibus ego in Christo prodeſſe cū-  
pio, ut cuncti de me sentiantur. Neq; enim monastice  
uitæ odio ſecessi monasterio, ut apostatarum more,  
male illis uelim qui placidiore tranquillitate uiuunt.  
Meæ animæ id cum ſatis tuum non fuerit, rectius  
monachum imo Christianum me declaro, qui nec  
loco, nec uesti, nec tēpori, nec personæ addictus sim.  
ubi périculum urgeat. De quare ſi per pacem lice-  
rit, uberior, nunc tuum patrocinium non dedigne-  
ris innocentii libello fauere. Siquidē nihil aliud ſup-  
peditabat properatio, quo memoriam mei apud te  
reliquerem. Nollem em abesse animo, qui corpore  
ad eſſe non poſſum. Vale. Anno domini Vice-  
simosecundo Mense Februario.

A 2



VITA IO. DAMASCENI CONSCRI  
pta a Ioanne Patriarcha Hierosolymis  
tano, Interpretate Ioanne  
Ecolampadio.



Onsuerunt homines, statu  
as erigere, & simulacra sta  
tuere, in honorem eorum  
qui animū diuina præditū  
imagine, uel in primæ con  
ditiois puritate ac innocē  
tia conseruarunt, uel dila  
plum, & inquinatū, in sta  
tum pristinum reuocarūt.

Quicūq; autem huic cultus genet deditiores sunt,  
preciosioribus materijs, coloribusq; præcipuis, qua  
tenus opibus ac artificio præstant, ad formas eorum  
expoliendas, & liniamenta signantius exprimenda  
coutuntur, existimantes hac ratione maiestatem illo  
rum honestius consecratum iri. Igitur si circa ima  
ginum effigiaturas tātopere probat id genus studij,  
dignum ne fuerit, quod ipsorum bene præclareq; ge  
sta negligantur, & inculte iaceant historie. Non pro  
fecto. Nam ut interim concedatur simpliciorib. ue  
nia, qui qua possunt opa, tumultuario Diuorū acta  
conscrubunt, Diserti tamen ingenioq; pollentes, ne  
quaquam dignandi sunt uenia, si quod faciunt, con  
temptui habent uitas sanctorum, præsertim si illorū  
spiritus ac uita inuigilauit libris, si cure illis fuit, mē

tem ab ignorantia, & obliuione, animā uero a ptur  
bationibus monbusq; om̄ibus uindicare, si mundū  
lucubrationibus suis adornarunt, si mentes oīm illu  
strarunt, deniq; si nō solum externarū disciplinarū  
gratia cōmendati, sed & paracleti iubar ubertim ad  
huc effundant.

ILLORVM unus uel prestantissimus adnume  
randus, est per celebris ille Ioannes, cui cognomen  
a Damasco ciuitate patria inditum. Erat ille firma  
menti ecclesiastici luminare haud paruum, imo pla  
ne ingens atq; per quam fulgidum. Necq; in nocte  
hæreleos, quæ se ubiq; locorum diffuderat, tantū lu  
cebat, sed & prorsus omnes male sentientium cali  
gines dispellebat, libris uidelicit ac epistolis. Ingru  
erant autem uniuerso orbi nox horrida, atq; pfun  
dæ tenebre, ita ut obscurarent uenerabilū imaginū  
præclaræ figuræ. Illarum autor fuit nō e triuio aliq;  
ac plebeius, qui in exigua tantū parte orbis maliciā  
suam disseminaret, sed uir ille, ut sic dicam, manu fi  
nes orbis complectens, Romanorū uidelicit prin  
ceps. Is potentia inflatus, ui summa nitebatur, ut ad  
unam uenerandas imagines om̄es, et locis in oībus  
demoliri posset. Et ea propter, imaginum cultores,  
partim dilaniari faciebat, sicut Leo rapiens & rugi  
ens. Vere tam animo quam nomine LEO, partim  
in diuersa rugitu suo fugabat, atq; adeo sequiebat, ut  
fidelium pleriq; in subterraneis speluncis se se occu  
lerent, existimarentq; tutius, Leonibus ac Draconi  
bus conuiuere, quam cum illo, illiusq; familiaribus

habitare. Nōnulli ēt metu p̄territi, usq; in extremos  
orbis termīos, p̄currerūt. Leo. n. rugiet, & q̄s nō for-  
midabit. Ab ip̄o in c̄q̄sli a cōspectu colubri fugiebat  
**A T I O A N N E S** ille nō a Leonina feritate, sed  
gratia nomē sortitus, spiritualiq; ḡra plenus, aduersus  
singularem hunc serpentem, ut stomachari & exar-  
descere cepit. ( ita autem stomachabatur, ut recte &  
uirutem, & zelum dixeris stomachationem ) non  
ad Sauromatas cum Thracibus, necq; ad columnas  
Herculis cum Constantinopolitanis profugit, necq;  
ad desertiora loca ex palacj; transiit, propter rugi-  
cum Leonis, sed & cum uersaretur Damasci, & cum  
monasticam in solitario Palæstinæ loco exerceret,  
strenuus & impavidus aduersus Leonem depugna-  
bat. Quamuis autem ille strenuissimus meus ath-  
leta, tanto locorum interuallo abesset a Tyranno,  
libris tamen & sermonibus cor illius dissecabat, ue-  
luit tricuspidib; hastis, quas igne spiritu sancti fa-  
bricabat, uitali aqua solidās. Coeret hæc cōgruētio  
re loco dilucidius explanabit sermo. Tāti ne ergo ui-  
tri memoriā, atq; uitam, q̄ rusticæ ac tumultuario &  
q̄ amplius Arabicis & uerbis & literis cōprehensia,  
sic despectui habendā p̄mittem⁹. Nullo pacto.  
**R E C E N S E A M V S I T A Q V E**, e qua radi-  
ce ( secunda nimirū est, que cunctq; illa est ) exortū sit  
germē hoc florētissimū, & q̄ patria nobis se protulisse  
illud glorietur. Damascus ciuitas illa est, que sicut  
prima uidit Paulū magnanimū, cœlouagūq; impi-  
etate deserere, & ex osore, amatorē fieri Christi. Ita

& in uenerabili hoc uiro, nō nihil decoris atq; hone-  
statis cōspicata est, idq; aliquāto felicius, necq; n. ex  
aliena, in orthodoxā nrām religionē translatus est.  
Vnde ciuitas hec, q̄a hui⁹ etiā radicē p̄iulit, et a cuna  
bulis deditiore opa in his que ad pietatē, quā quæ  
ad corpalem uitā spectant etiutricata est, p̄ihs alendo  
sermonibus recte de hoc suo germine gloriatur, ex-  
tolliunt, & gaudet, longeq; iustius, quā de omnibus  
alijs, quæ illi magnū nominis splendorē afferre ui-  
dentur. Nam licet cōmemores mihi, perpetuum cle-  
mentissimi coeli tēperamentū, amoena dulciū aqua-  
rum fluentia, & generosoꝝ fructuū copiā, quib. illa  
dotibus gaudet, nihil tñ attuleris, qd' eā ita exaltet,  
gloriosamq; reddat, ut generosa, uisuq; pulchra ar-  
bos illa quā p̄duxit, q̄ pp̄ter aquar; exitus creuit, et  
sanctispūs fructus in tpe dedit. Quorū adhuc aliqui  
restant recētes immarcessibilesc; semp, uisu pulchri  
gustatu dulces, quiq; nō solū letificat eos a quibus  
tangunt, & gustātur, sed & uescētes impinguāt, ac  
crescere faciunt, uirūq; spiritualē et cōsummatū pfici-  
unt. Adeo sc̄eru hoc suo ḡhola effecta est Damasc⁹  
ciuitas, ut in ullis alijs deliūjs, quib. luxuriat. Ipsa em-  
tantum humc uirum nobis dedit.  
**F V E R V N T** autem illi & p̄genitores admodū  
p̄ihs, quiq; in medio spinar; pietatis florē, Christia-  
nēq; scientiē fragrantia custodiebat unice. Ab eo. n.  
tpe, quo in Agarenorū manus ciuitas uenit, soli ipsi  
christianū nomē ut p̄clarā, inuiolabilec; hæreditatē  
asseruabāt, restitutis, & fidei, illa ex gte corrūpētes.

Itaq; in medijs hostibus, conspicuos, atq; uenerabiles effecit uirtus, uel quod amplius, sicut apud Assyrios deus ueram pietatem cōmendaturus, Danielē ad summos honores euexit, & sicut Iosephū i Aegyptō, cū captiuus esset, p̄fectum & dominū inter alienos inimicosq; constituit, ita & pios Ioannis p̄genitores (quia perleuerabant in his quæ dei erant, nec cum alijs sicut arcus prauus subuertebant) glorificator dominus egregia gloria remunerauit, inter Sarracenos, ipsos, in uulgarium operum iudices ac p̄fectos sublimans. Ita & hoc loco captiui pietatē colentes, imperium in eos qui se cēperunt obtinuerē. O stupenda prodigiosaq; dei miracula. Nihil uirtute sublimius, nihil pietate excelsius. Enīmuero sicut signa in colle, imo sicut lumen in nocte, & sicut semen Israel, & sicut scintilla in cinere, ita genus p̄genitorum Ioannis in Damasco relictum est, quod p̄eclarām hanc facem totum orbem olim illustratū proferret. Et tale quidem inclito illi progenitorum stemma fuit.

PATER uero mirum quam bona radix, pietatē virtutibusq; alijs deditus, maiorem in deum charitatem declarando, parētes antecellere studebat. Et cōgrirebat ut eum qui in tantum uirtutis fastigio peruenturus erat, illustris quidam natiuitatis suæ autor uicinior esset. Nam sicut in progressiuis structuris seruata proportionis ratione ad apicem ascensus est, ita & quæ circa magnū, & magni nominis illū congerunt superna dispensatioe, & diuina prouidentia

euenisse uidetur, id quod & in Ioanne baptista uenit. Quia enim p̄ae alijs Prophetis refusurus uerogaretur Sacramentum, quod omnesacerdotiū excelleret, nempe baptismū domini mei, p̄ordinatū est a diuina prouidentia, ne ex uulgaribus parentib; nasceretur, sed ex sacerdotali tribu, & ut Propheta esset, qui eum gigneret. Pari modo & Ioanni nostro, diuina puidentia patrem cōstituit virum maxime & religiosum & humanū. Evidem & ipse per universam circumcirca regionē generalis uulgarium negotiorum dispensator & p̄fectus constitutus est, cum q̄ uirtute, totiusq; uitæ honestate conspicuus, cum, q̄ diuitijs plurimū abundabat. Quas nō expēdebat in diuitias, ebrietates, intempestiuosq; alios sumptus, sed quantum sibi auri erat, & quicquid ex rebus alijs facile distrahere poterat, id totum in redēptionem captiuiorum Christianorum impendebat. Erant autem sibi possessiones aliæ immobiles plures, tam in Iudea, quā in Palestina. Ex quibus quantum satis erat in uitæ suæ usum reseruabat. Porro Christianis, quos emerat, liberum sinebat, uel apud se in locis quæ deligebant, habitare, uel libero lumine et pede quoquo collibitū esset, pficiisci. Talisq; erat humanissimi uiri uirtus, ut multa possidens ipsa habebat, pinde ac possideret nihil, magis die noctuq; sollicitus de his, quæ deo conueniebant. In hūc modum se gerens mercedem a deo accepit, non hospitalitatis ut Abrahā, sed humanitatis, partū scilicet ad mirabilem. Licet autē non ex p̄missione, ex diuina

B

tamen præscientia & pdestinatione. Pre nouerat em deus, qualis futurus erat loānes, atq; pdefinierat ex hoc uiro nascendū, ut sic mercedē daret ei, p miseria cordia, qua graui captiuitate tentos, numerato ære libertati restituebat.

NASCITVR igitur ei puellus ille preclarus, quē adhuc tenero corpusculo, regeneratione per spiritualem matrē filiū lucis fecit, rem agens tum difficile, & quam pauci inter gentes illas attentare sunt ausi. Proxima dein cura erat, ne puer littoralia piratarum studia addisceret, ne hastam dextra vibraret, ne sagittam ex arcu ejacularetur, ne cū bestijs pugnaret aut luctaret, siccj natuam mansuetudinē in ferinā comutaret sauitiam, ut solent q turbatoris sunt animali & furibundis aguntur motibus. Ad hēc querebatur a patre Ioanne, alias quidā Chiron, in montibus educatus, medullisq; ceruorū pasci assuet<sup>o</sup>. sed uir inquirebat, omnigenis disciplinis exercitatus, eloquētiaq; animē utili pditus, ut q taliū institutio num alimentis puerū enutrīret. Cui sancto uiri uoto deus clementer aspirās effecit, ut inueniret quod defideranter quārebat. Modus autē inuentionis eius quod querebatur is erat.

BARBARI Damascenorū iuxta more suū in maritima uicina incursionē fecerant, Christianis cōplūsculis in p̄dā abactis. Ingressiq; nauib. mare, simili ter plurimos ceperant. Eos ergo secū in ciuitatē ad ducentes partim emptoribus uenales proponebāt, partim ad exitiū glādio petebant. In horum sorte

connumeratus est uir quidā, habitu monachalium situs, abactus ab Italia, aspectu quidem decēti, animo autem decentiori, id quod & nomē aitestabat, Cosmas em uocabatur, licebatq; ab honestate uultus, internā mentis conditionē estimare. Iam q ad mortem rapiebantur, ad huius etiam pedes procidebant, obsecrātes, ut sua intercessione deū sibi conciliaret, & a clementissimo remissionem peccatorū cōsequerentur. Id ubi animo aduerterūt Barbari, destinatos morti, supplicare uiro tā bene, honesteq; mortato, accesserūt & rogauerūt. An quē illi mūdana dignitas, & cuius apud Christianos authoritatis fuerit. At ille respōdit. Non sum sacerdotio initiatus, necq; dignitate aliqua functus, sed inutilis monach<sup>o</sup> sum, ac philosophiae p̄fessornō nostrae tām, q deū amare docet, et qua deum amamus, sed et eius q ab exteris sapientib. tradita est. Hęc ut loquitus est lacrymis supplebant oculi. Nō longe autē stabat pater Ioannis, q uiso uiro sic lacrymāte, accessit calamitosumq; consolaturus ait. Homo, qua de causa defles amissionem mūdi, cui iampridē renunciasti, & quantū ex habitu coniectare licet, mortuus es. At Monachus. Nō hui<sup>o</sup> inq; uitē amissionē deploro, sum em ut dixisti, mūdo mortu<sup>o</sup>. Hoc autē me cōtristat, q oī ifa rīs sciētis imbut<sup>o</sup> sum, pmissō externarū disciplina rū fundamēto. Lingua Oratoria exercui, Sermones dialecticis cōpendijs ac demonstratiōib. doct<sup>o</sup> sum, Moralia & quæ Stagyrites, & q Aristonis filius tractauit. Naturaliū cōsideratiōes quāntū hoī

satis cōtemplatus sum . Arithmeticas quoq; ratiōes didici . Ad Geometrię fastigium, studio perueni . Musicae proportiones, cōuenientieq; rationes probe & cum laude percepi, sed nec obmisi intacta quae de motu cceli, circumferentiaq; stellarum produntur, ut cognita magnitudine, pulchritudineq; stellarum, inde ad conditoris contemplationē illis respondens tem assurgerem . Nam qui līmpidiorēm creaturāe noticiam tenet, is & earum opificem clarius intelligit, & ob miraculum maioris facit . Hinc & ad sacramenta transij Theologię tam eius quam Gr̄eci tradidérunt, quā eius quae absq; errore ullo a nostris theologiis manifestata est . Hanc cū mihi suppellectilem abunde pararim, hactenus tamen mihi denegatum est, ut alteri ea cōmunicarem, & p Philosophia filium mihi similem generarem . Nam quēadmodū ceteri ad propagandā generis successionē amant naturalium filiorum partus . Sic & Philosophia digne instructi, filiorum desiderio tenentur, quos eruditio discipularū suarum regenerent, ut & aurea illa Philosophorū progenies, in seculum usq; salua continet . Ceterum autores admirabilis eiusmodi partus immortale inde gloriam assequuntur . Alioquin etiam bonitatis propriū est, ut bona, quib; quis abutatur, prompte & liberaliter in alios transfundat . Verum qui secus agit, & rennuit communicare alijs q; abundat, nequaquam bonitatem amplexatur, sed maliūc adh̄eret, ut pote superbia inuidiacq; turgidus . Et idcirco etiam quod uidetur habere, sollet ab eo, siue

certio illo nūmularijs talentū nō credentis . Atq; ego bonā partem delegeram, uehementer optans, si qua possem & alijs tradere quantulū mihi datū est sapientię, sed uotis frustror, & nec seruis illis fideli bus connumeror, talentis suis usuram facientibus, nec filium philosophū genti . Vnde hinc abeo, qua si quis dicat, miser, & orbus, & ut uides hac de causa lacrymis faciem fredo, lugēnsq; ac tristis incedo . H I S auditis pater Ioānis, quia diu talem thesaurū desiderabat, respōdit . Beate, fer æquo animo, & ip̄e consolare animam tuam ; forte dabit tibi dominus petitiones cordis tui . Quæ simulatq; dixit Pater Ioānis, quam uelocibus potuit pedibus, ad principē Saracenorum cucurrit, & ad pedes eius puolutus Cosmāti illum nō uop & ornatum expetrat . Et statim factus compos uoti, & ingentis precij donum accēpit, ductumq; in domū suam virum, ob itineris disfūctates, aliasq; uarias molestias male habitū, benignè consolabatur & refocillabat, adjiciens inter cætera & hæc uerba . Ecce post hac, nō solū liber eris, sed constituo etiā te socium domus meæ, & sequendum me dominū parē, gaudij, mceroris, fortunęq; meę omnis participem, modo hoc unum a dignitate tua mihi exorate liceat, ut Ioannem illum meū naturalē filium, & illum quoq; cognominem tuum, quem a Hierosolymis pulsum & tenello adhuc corpore pupillū, in filium adoptavi, omnē quā teries disciplinā ac philosophiam, siue peregrina sit, siue ea quā spiritu sancti gratia dignos edocet, instruas &

doceas & diligenter. Ad querba sapiens ille exultabat, cui equus ruptis vinculis per campos discursens, uel sitibundus ceruus ad fontes aquarum contendens. Diceret illum alterum Midam quendam ingentibus aurum thesauris potum, tanta alacritate ad opus ferebat. Suscepit adolescentem curam & illorum agit preceptorem. AT Ioannes uelut aquila, beneficio egregie indolis studiorum, prompte uoluntatis, quasi penitus quibus in altum subuolaret utebat. Cosmas uero condiscipulus, & secundum spiritum fratris, similis erat naui, que alata uelis, poterit aquas fert, aura sequenda. Zephyrusque a puppi flantibus. Ita ingenij uelo citate, studiorum pertinacia breui ab eis collectu est, quicquid difficile uel in Grammaticis, uel Dialecticis, demonstratiuisque habetur. Moralem autem Philosophiam ita didicerunt, ut non solum mentem diligenter examinarent, sed & animae perturbations comprimerent. Quin & in naturam candorem aliorum oculis uix tolerabile sicut pspicaces aquilae circa conuentiam intenderent. Arithmeticas autem proportiones non minus feliciter assequuntur sunt, quam Pythagoras uel Diophantes ipse. Geometricen ita edociti sunt, ut Euclidem quidam putarentur, & si qui alii his similes. Musici item tales euaserent, quales eos docti ex carminibus & hymnis quos composuerunt suisse, liquido agnoscunt. Denique in syderali scientia quam ualuerit Ioannes, ex his que scripsit manifestum est, tametsi obiter egerit, de partitionibus & figurationibus & Aspectibus & Interuallis substantiarum coelestium, tamen etiam breuis illa cognitio priua

ris & rudibus satis faciet. Talis item erat & Cosmas, sed de his agant alii. Nobis Ioannes ipse sermonis huius Thema est & argumentum. Et quis non agnoscat, admireturque studiu illius in diuinis literis, dogmatibus diligentia, praeferit si ad Stoicheioticon illius librum diuertat, quem Elementarium interpretari licet, sed omnifaria doctrina refertus est. Nec aberrabit quis a uero, si dicat admonitionem omnis recti sermonis, tabulasque Mosaicas. Sed erant, scio, huius libri praeconia non hoc, sed alio loco dicenda, dicta tamen sint, ut cognoscatur, quam feliciter institutus sit, nullamque reliquerit disciplinam, quam non diligentissime tractarit.

INTERIM, admirabile est & hoc, quod iusta scientiae magnitudine, inflatus non sit, sed ut foecunda arbor tanto magis deorsum tendit, quanto fructibus magis oneratur, ita & humiliatur, non quidem ad terram, sed ad profundiora Philosophici pelagi spectabat. Et adhuc mundana affectio, quae si nauigio ferebatur, optabat tamen, ne semper hoc mundo uase dimittendo aliquando opus esset, & ut exutis semel humanarum affectionum vestibus omnibus, nuda mente pelagus intrare, & ad fundum ingredi posset, inuenturus repositum illic preciosum margaritum. Huius scopi desiderio, ad fundum profunditatis se se demittebat. Et habita scientia tam non inflabat, ut amore arcuorius Philosophiae obtinendae etiam magis atque magis humiliaretur.

**E**ratq; lampas animę eius sic plena mundanę scien-  
tię oleo, ut & supne accenderetur, in materialis sci-  
entie lumine, siccq; totus luculentus appaseret. Ioannes.  
**P O S T H Ä C** magister eius, ad a manda melio-  
ra, per discipulū ut apparet, inductus, accessit patre  
pueri & dixit. Ecce desiderijs tuis satissimum est, &  
nunc pueri sapientia me antecellūt, nec satis illis est  
esse, ut magister eorum est, sed ingenij magnitudine  
& laborib. impensis ad apicē Philosophiæ me ipso  
sublimiores euaserunt, spero autem adhuc deum il-  
lis sapientię donum adauerturum. Proinde cū post-  
hac illis usui esse non possum, peto ut a te uestitus,  
in Monasterium Monachorum cōcedam, illic sum-  
mam sapientiam indagaturus, ad quā me transmis-  
tit philosophia, quā hactenus colui. Eniuero cū duo  
pponuntur, consultū est, si liceat utroq; frui. Vnde  
& mihi summum lucrum erit, si ad priorem Phi-  
losophiam adiūciam illam, quæ totius expers mate-  
rie & cogitationis metam transcendent, quā mens nu-  
da, & a corpore penitus alienata doceri potest.

**V A L D E** doluit super sermōe illo pater Ioannis,  
quamuis uirum retinere nō posset, ut ne uidere cō-  
uolam illi pro eruditis pueris mercedem reddere.  
Instructum itaq; largissime omnibus quę ad iter pri-  
nebant, & quib. opus habebat, in pace dimisit. Qui  
in desertum sancti Sabbe labran abiens, illic perseue-  
rando usq; ad uitę finem, ad ipsammet dei sapientiā  
transmigravit. Non multo autē postea fato cōcessit  
eiā pater Ioannis.

**T V M** Saracenorū dux, Ioannem acceritum inter  
primos Consiliarios cōstituit, qui licet renueret, de-  
siderio eius aliorum tendente, attāmē ui multa ada-  
ctus, repugnare tandem destitit, & maiori prefectu-  
ra, quā pater suus honestatus est. Moderabat ea tē-  
pestate Leo Iaurius, qui aduersus uenerandas ima-  
gines, & orthodoxae ecclesię multitudinem, Leone  
agebat rapientem & rugientem, & imagines quidē  
flamnis efferus & furibūdus exurebat, ipsarum ue-  
ro cultores rapiens & perdenis tyrannice impietatis  
dentibus miserabiliter dilacerabat. Peruenērūt hæc  
ad aures Ioannis, et mox imitatus est zelum Eliæ, et  
reprehēdendi libertatem Baptistæ cognominis sui  
prout inuisibiliter ipsum sp̄itū docebāt. Et anteacq;  
iniret certamen, præmisit sermonem oppugnatorē  
impietatis, ceu gladium quendam & spirituale ar-  
maturam, qua dogmatis efferum caput defecaret.  
Dein Epistolares libellos prouenerādaꝝ imaginis  
honore ad notos familiarelg; dedit, clare, sapiēterq;  
indicans, necessariā esse diuinarum effigierum ado-  
rationem, illisq; demandauit, ut similia docerent &  
alios, cōmonstratis omnibus epistolis suis. Itaq; per  
oīm ora uolitabat nouus ueritatis athleta, epistoleq;  
eius in oīm manus quasi per circulum ueniebant, et  
sualescebat pietas. Anhelabat em̄ exemplo Pauli,  
& si non pedibus, per Epistolas tamē ueritatē predi-  
cando, totū orb's circum capere. Id ubi comperit  
Imperator Leo, quia egrederebāt impietatem suam  
traduci, per scripta Ioannis, acceritus quibusdā sen-

C

sentire suæ partibus; præcepit eis; ut assunt pietatis persona, magno studio, varijsq; commentis curare, ut Epistola Ioannis, quam manu sua scripserat, inuenta sibi redderet. Ministri ergo et pugnatores impietatis, paretes dicto regis, nullum non dolum sub pietatis specie excogitabat, donec inueniam offerret. Porro ignominiosus rex conuocat notarios, & ipsorum Ioannis exemplaria, pponens, querit si qui scripture charactere, tam in uebis quam sententijs imitari possint. Quia in re & inuenit sibi moe gerentes, & qui scriberent, epistoliū in huc modū se habens:  
**SALVE** Rex, Gratulor & ego imperio tuo, maxime quod eiusdem es fidei. Verum quia & imperatoriam tuam excellentiam singulari prudentia & honestate precellere intelligo, ideo haec illi significanda duxi. Nempe ciuitatem hanc nostram negligenter custodit, & Agarenorum praesidium quem hic est, imbelli & exigui numeri. Itaque propter deum miserere ciuitatis huius, mitteque omnium nobilium tuorum manum inexpectato aduenientem ac simulantem se alio proficisci. Es enim ciuitate citra omnem laborem potitus. Ad quod negocij, & ego tibi non mediocri adiumento sum affuturus, nam in manu mea tota ferme & Ciuitas & Regio est. Hoc itaque primo actu absoluto, Rex impi pari malignitate alia ad Sarracenum Damasci Principem Epistolam scribi fecit, quae huius formæ.  
**QVM** nihil sciam pace beatius, amiciciaq; felicior & alioquin foedera levigate laudissimum

gratissimumq; sit deo, nihil & ego tantifacio, quam ut pacis foedera, quæ cum generositate tua iniunimus, in dissoluta custodiantur, quauis a Christiano quodam familiari tuo crebris euocet Epistolis, ut ipsis dissolutionis, dolose induciarū iura uiolem, polliceturq; mihi multa, & cum primis si copiosum aduersus ciuitatem tuā exercitū mittam se mihi affuturum, ut se cure illā occupem. Vnde unas suarū quas ad me dedid literarē tibi mitto, ut cognoscas, q; comp̄ta sint quæ ad te scribā, & q; uerax ac constans in amicicia foederibusq; seruādis pseuerem. Tu obserua doles malignumq; illū, qui ad me talia scribere reueritus non est.

**AMBAS** has Epistolas Rex nomine Leo, animo serpens, per quendam dolose ad Barbarum misit, Quas ubi ille eas accepit, mox ad se uocato Ioanni eas monstrat. Tum Ioannes haud ignarus doli, leonis que ad Regē datę erat lris, statim animaduertit literarē characteres imitatiōe suarū effictos. Verum his que p̄ sui excusatiōe apud Principē Christi hostem dicebat, tam proficiebat, quam solet Lyra apud Asinum. Obmutuit enim a bonis, quamuis non ita siluerit, quo minus iniustum proferret sententiam. Etenim quamprimum dexteram Ioanni iussit abscondi, & ne paruum quidē tempus ad reddendam rationē, & insanias Regis declarandas, Barbarus totus furore stupefactus cōcedebat. Itaque abscondit dexteram q; inter orthodoxos scriptiōe sua tātas uirtutes opata est, & paramēto cui prius intingebat scribēdo

libros de adorandis imaginibus diuinis, nūc proprio sanguine tingitur. Abscessam dein a dñō, ut sic uocem, manum in foro suspenderunt, & cum uesperfactum, coniectabat Ioannes furorem Tyranni redisse, & misit ad eum legationem quę huiuscmodi uerbis placaret, In crudelētate dolores mei, intollerabilescēfiunt, necq; mitigatur uchementia doloris, qđ diu amputata manus, in aere suspensa manet. Iube obsecro, ut mihi reddatur, & recondam eā in humo, quo saeuire desinat doloris uehemētia. Annouit pretius precatiū tyrannus, et redditā est iusto manus, qui mox ut eam recepit lararium suum ingreditur, & pronus ante diuinā quandam imaginem gerentem figurā genitricis dei, procidit, & congrue abscessata manu adaptata, orābat, e p̄fundo pectore, lacrymis et gemitib, misericordissimā inuocādo dicens, DOMINA & sanctissima mater, quæ deū meū peperisti, amputata est dexterā mea ob sanctas et diuinās imagines, tu qua de causa Leo sequiat, nō ignoras, proinde quantocius succurre. Dextera em̄ altissimi, quæ de te incarnata est, per tuas intercessiones multas facit uirtutes. Sanet oro et hanc meā dexterā tuis precibus, ut tuas et eius, qui exte incarnatus es laudes, sicut dederis, numeris rythmiciis et melodiciis, et orthodoxi cultus sit cooperatrix ō deipara. Hec orans Ioannes & lacrymans, in somnū uertitur, uidetq; sanctam dei genitricis imaginem, misericordibus ac letis oculis ad serespicientem, & dicētem, Ecce sana facta est manus tua, caue post hac, ne les-

gnis fueris, sed calamū eam fac scribē uelociter scriptū bentis, quemadmodū nunc pollicitus es. V.T autem restitutus euigilauit, & manum curiose contemplans curatam uidit, tum exultare cepit spiritus tu, in deo salutari suo, et maire eius, quia fecit secum magnalia qui potens est. Stansq; manibus in cœlū sublatis, diuinum carmē accommodatissimū temporis cecinit. Dextera manus tua domine glorificata est in fortitudine. Dextera manus tua dñe hanc meam fauciam sanauit, ppter ea vulnerabit inimicos, q; sanatam imaginem tuam, genitricisq; tuę nō uenerant, & per manum meam aduersarios illos, imaginum incendiarios, in multitudine gloriæ tuæ conteres. Erat ei illa nox, nō nox, sed dies, nō tenebræ, sed lux, ut committē illud prophete dictū. Erat ibi vox pura festos dies agentiū, & vox exultatiōis in tabernaculis uiri iusti. Necq; in occulto, necq; clam sunt hæc acta, sed in circuitu usq; in uicinas domos admirabilis ille clamor & harmonica iubilatio quasi. Vnde & Saraceni quidam Christianis infeniores continuo ad principem suum abierunt dicentes. Nō esse abscessam manum Ioannis, sed alterius cuiusdā, servū fortasse, uel aliter cunctq; subornati, qui se p domino per benevolentia obtulerit, spiculatores item munieribus corruptos in alium pænam transtulisse. Interim Ioannes domi sedens, adeo iucunde canebat, ut diceret nuptiales ferias agi, & epithalamiorum hymeneos resonare, imo longe amplior huius uidebatur exultatio. Ad horū autē denunciationē accer-

situr Ioannes, iubeturque absconditam ostendere dextram, sed cum ostendisset, uisa est lineola quædam de selectis, quæ ita ordinarat dei genitrix, ut amputatio certudo efficacius cōprobaretur. Barbarus ergo ait. Quis ille qui te curauit Ioannes? & quod tibi adhibita sunt medicamenta? Cui ille diuini miraculi preco clara uoce respondit. Dominus meus, ille potentissimus omniū medicus, cuius uirtus uoluntate nec posterior nec inferior est. Et Barbarus respōdebat. Quantū coniecto, iniuste passus es homo, quicquid es passus, Veniam ergo nobis da, quod accusatiōibus iniustis nondū examinatis supplicio te affecimus. Reliquum, esto posthac primus a Consilijs nostri Principatus, & ab eo consilio requisitioneque tua praeuia nihil ageatur. At Ioannes procidens adorabat humi, & pronus iacens obsecrabat illum, ut secedēdi copiam ad aliquantū tempus faceret, quo uia illā multo amabiliorēm incederet, & imitaretur dicente. Ego sum uia. Dic Barbara obliuetabatur, & secessum abnuebat. Eratque uidere quasi singulari certamine contendentes barbarum & iustum. Barbarus omni studio, uinculis mundi retinere Ioānem nitebatur. Ioannes autem ea magno impetu & uiolentiā disrumpens, angelicis uolabat alis, apertum itaque stadium magnū erat, præsidente spectaculi institutore Christo, & spectantibus angelis, dicit autem forte quis ex altera hoc est ex sinistra parte barbarum et ab impijs intentatum, & ad persuadendum armatum. Denique singularis meus pugil, multa renunciatione uicit, om̄

niacque aduersarij argumenta, et uita puerorum refutauit, uictorque caput insigni uitia redimitus reddit dominum uultu hylari, qui antea tristī exierat.

VERVM cum duo in manib. haberet, Vnum ut iuxta mandatum domini uenderet omnē substantiam suam, & distribueret pauperibus. Alterū, ut dimittret agros, domos, & alia omnia propter nomen domini. In utroque diligens fuit, & circa primum quidēne mora in periculo esset. Circa secundū uero, ne ut fieri assoleret, prætextu aliquo irris, orirentur lites, ac pugnae consanguineorum, dum uarias quisque causas afferunt, quali iusti haeredes sint ipsi. Facultates enim, ut potuit, diuisit pauperibus, captiuis, seruis suis, quod cognatis, templisque scēnis obtulit, libertateue donauit. Ipse uero sicut exiuit nudus de uentre matris suæ, ita nudus exiuit mundum, exceptis his, que maxime necessaria erat. Et primum profectus Hierosolymas factaque in uenerabilib. locis adoratiōe decēti, mox uelut ceruus sibi deum, in desertum abiit, & ad beati Sabbae Monasterium perrexit, comite eiusdemque instituti socio beatissimo Cosma, qui ei antea & coniunctu, & disciplinatu cōiunctus fuit. Recepit diceres ipsoſ sacrum par currere ad iugum dei certiſibus suis ferendum. Itaque Ioannes ipſe, qui sermonis nostri argumentum ingressus est sanctum illud Monasterium, & procidens ad pedes Pastoris suppliciter obsecrabat, ut se inter oues suas adlegearet. Vocabat autem eis erraticā, & perdītā illā ouem, & ex deserūs mōib. nup̄ reuersam ad dñm Christum,

Quæ res Præfectum gregis magno gaudio afficiebat, Beatū hunc uocanē, ob institutū suum. Opere cium uisum est illi, ut ob uitę claritudinē, scientiæ & præcellentiam, tantum noticium, prestanissimo se nī cōmendaret, sub quo, ut Vicepræfecto constitutus, certius in via domini instrueretur. Nam obrem primo accersit, senem quē bonis om̄ibus inter monastas præcellere arbitrabat, conabaturq; illius manib; formandū assignare Ioannē. Verū is tenues bat impārem sese afferens regimini talis uiri, qui rāta sapientiæ gloria præditus esset. Post hunc uocat alterum, qui & ipse eadē, quē primus respondit. Accedit post hos tertius, & deinde alij nō pauci, ceperuntq; simili uoce omnes, ab instruendo Ioanne ab horrere. Deniq; post multos ingressus quidā senes moribus simplex, scientiā expertus, hic alacris alacrem Ioannem amplexatus, secum in priuatā cellā abduxit. Et principio bonum fundamentum substruens præcepit.

Ne quid propria uoluntate faceret.

Vi sudores laborum, perseuerantia precum & occursum lacrymas deo offerat.

Vixitæ superioris maculas lacrymis ablueret & purgare studerat. Lacrymæ enim si pure sacrificentur, super omne aliud thymia a deo acceptantur.

Et ad hæc quidē, quasi ad corgalia, primū hortatus, subiunxit & de his, quē ad aīm p̄tinent.

Ne imageretur inmundanaphantasmata.

Ne sibi rerum indecentium figuræ præpingat.

Ut mentem ab animi uana inflammatione p̄seruet.

Ne scientiarum magnitudine extollatur, ut persuadeat sibi ea quæ didicit, ex toto apprehendisse.

Ne admittat desiderium uisionū aliquarum absconditarumue reuelationum.

Caveat ne unquam sibi persuadeat menti suæ posse confidere.

Nullam securam putet sciētiam, usq; separat mens a corpore.

Liquido & diligenter agnoscat cogitationes suas.

In periculis capiet consilia.

Ne permittat cogitationes suas diuagari, incubat autem in hoc, ut q̄diligentissime coaduniat, quo mēs a deo illustretur, purificeetur anima, sanctificetur corpus.

In summa, corpus cum anima coadaptetur menti, ut cum duo moderabilia corpus uidelicet & aīa transferunt & transelementent in tertiu & primū, nēpe mentem, fiatq; triplum illud simplex per unionem ad trinitatē simplicissimā, & fiat homo nō carnalis neq; animalis, sed spiritualis totus.

Ita pater filio, & magister discipulo prescribebat, adhiciens simul & hæc monita.

Ne ad aliquem miseris Epistolam.

Ne omnino loquaris aliquid externæ disciplinæ.

Silentium cum intelligentia exerce. Nam hoc scio, non nostroū duntaxat Philosophorū esse præceptum. Nam & Pythagoras ille Samius discipulis nuper ad discēda philosophiæ suæ mysteria admissis,

D

multorum antiorum silentium imperauit. Ne putes bonum esse bona intempestive loqui. Et ad hoc te inducat David dicens. Quia sicut a bonis & addens post hoc, quid inde elementi consequens sit. Audi, concaluit, ait, cor meum intra me ignis omnis amoris ad deum. In meditatione autem mens, ignis ille propheticus accensus est. Hæc Ioanni senior mandabat, ne quaquam uel in aquam scribes uel super petram seminans, sed plane in terram bonam. Cæterum præterit tempus aliquantum, & Ioannes uarijs a sene temptationibus eruditus, in omnibus obedientiam quæ sola circa periculum est declarauit. Non contradicebat, si quid iniungeretur, non obmurmurabat lingua, sed neq; cogitatù in terno aliquo his que præpositus decreuisset oblietaatur. Vnum hoc, quod Paulus præcipit, ut absq; murmur & disceptatione perficiantur imperata, in omni opere, in medio pectore, uelut profunde in tabula scriptum, occulte gerebat ac meditabatur.

Quod enim lucrum facienti bonum qualecunq;, si resederit in labijs obmurmuratio, insidieturq; in pectore, sicut serpens, disceptatio maligna: Quando melius habebit anima sic ministrans. Et hæc causa est, quod multi laborant, & frustra ad eaq; quæ ante sunt gressum male promouerunt. Laborant enim ideo, ut & ipsi inter virtute claros habeantur.

DEINDE senex, ut athletam maioribus obediens certaminibus exerceret, tale quiddam cōmens-

tus est. Multos corbes cōportauit, quos labore manus suarum Monachi parauerat, & sumpta inde probandi occasione, sicut ad Ioannem. Fili, ut scis, plurib. nobis opus est, & quia accepimus Damasci corbes pluris uenudari, quam in Palæstinæ regio, nibus. Itaq; tolle illos omnes, & uade illuc quam uelociter potes. Verum nō aliter, nec minoris illas uenundes, quam tibi præcipio. Definiebat autem precium ultra duplum, quam par erat. Non contradicebat Ioannes, neque sermonem imperantis iudicabat, obedire usq; ad mortem paratus, sed sublatto in humeros onere, quasi alatus obedientia. Damascum proficiscitur. In qua pridem spectabilis, nunc uiliter uestitus, pallidus, & obsoletus obambulabat, foro sportulas uendituriens. Verum cum nimio precio sua æstimaret, ab omnibus, ridiculus est habitus, & nihil præter iniurias & conuicia accepit, donec tandem unus ex his qui ei olim ministrarāt, faciem eius diligenter intuens, agnosceret, quis es? & qualis olim fuisset ille, qui iam tam male uestitus, tam demissus, tam cōtrito corde. Is quasi nihil conscius rei, rogabat precium sportularum, statim neq; quantum indicabatur dinum erauit. Ioannes autem accepta pecunia ad suos regressus, & aduersario, qui uanæ gloriæ parens est ac autor, in puluarem proiecto, strennuus, & quasi uictoria potitus, domum peruenit.

Vicin⁹ quidā monachus terreno incolatu p cælesti

mansione cōmutato ad deum migrauerat, huic erat  
frater secundum carnem, qui mortore grauatus pa-  
rum æquiter mortem fraternalē ferebat, & cum a Io-  
anne consolatorijs sermonibus affectiones eius si-  
sterentur, orabat eum lugēs, ut uersiculum aliquem  
sibi excuderet, quo animam refocillaret, & dolorem  
excluderet. Verebatur autem Ioannes mandatū se-  
nis, & petitionem refellebat. Sed enim ille instan-  
tius efflagitabat & dicebat. Vt quid non misereris  
animæ afflictæ: cur non uel paruum aliquid ad mi-  
tigandum dolorem ordinas remedium? Si corpo-  
rum Medicus es, & corporali ualitudine labo-  
rarem, tuq; renueres pro facultate tua mihi pharma-  
cum administrare, dolenti grauiter, & forte letali-  
ter, nonne me despiciens pœnas a deo suscepturn-  
es? Nunc uero cum maiori dolore labore, & me  
despicis, nonne pœnas a deo longe maiores expe-  
ctabis? Scias, repositum fore, siue feceris, siue non ex-  
audieris. Flexerunt preces ille Ioannem, qui & uer-  
siculum super mortuo composuit, qui in hanc usq;  
diem omnium ore canitur. Est autē talis, πάντα μα-  
ταιότερα τὰ ἀνθρώπων. Omnia uanitas quæ humana.  
**DIGRESSVS** forte a cella sua, Præceptor Ioan-  
nis aberat. Ioannes uero intra cellam modularius  
uersiculum de sancto Ioanne cantabat. Quod senis  
or adhuc foris existens audiens, uehementer succē-  
sus est, & ait. Oblitus ne es primarum promissio-  
num tuarum, & pro lugēte ac tetrico, dissolutus se-

des & delitiaris? Narrat Ioannes seni causam, præ-  
mittensq; luctum quasi magnam uim passurus, pro  
no casu ueniam flagitat. Verum senex stans ut lapis  
uel circus, nihil mouebatur precibus, ipsum protin⁹  
foras cellā efficiens. Tum uir ille admirabilis in me-  
moriā referens primorum parentum inobedien-  
tiam, quam propter e paradise expulsi, ignora-  
bat uel quid ageret, uel quo se uerteret. Amplius au-  
tem lugebat, & fratrem qui se eiecerat, talia dicens;  
Ille quidem fratrem abiecit, ego autē per inobedi-  
entiam perdidī animam meam. Tandem accessit  
ad senes quosdam uirtute præstantes, quos ad ma-  
gistrum suum nuncios mittit, ut illum orent, placēt,  
demulceant, & ut Ioanni hanc noxam condonet.  
Quibus adeuntibus & rogantibus, senex quasi sta-  
tuu nihil flectebatur, negabatq; omnino discipulo  
reditum in cellam. Et dicebat Monachorum qui-  
dam. Posse saltem ei qui peccauerat aliud manda-  
tum iniungere, & non moxa contubernio tuo ex-  
pellere. Tunc placatus inquit. Si uolei hanc inobe-  
dientiam sibi dimitti, id mandati faciat oportet, ut  
transiens per circuitum nostræ labræ, id est Mona-  
sterti, per seipsum in singulis monachorū cellis for-  
ditum domunculas & latrinas expurget. Perfudit  
hic sermo patres rubore, unde & ob rigorem senis  
stupefacti & subtristis abierunt. Quibus Ioannes  
occurrens, seruataq; solita penitentiae humilitate,  
Interrogabat de patris sententia. Illi autem respon-

derunt, adeo se stupescatos austerritate senis, ut uerantur sententia eius eloqui. Nō cessabat tamen rogarē Ioannis quāuis multū erubesceret, unde patres p̄ suasi deformē illam expurgationē narrat. Ipse uero sententia p̄ter spem omnium ualde letatus inquit. Id mihi facile erit, atque adeo uoluptati summæ. Igitur est uestigio abit, & conquisitis acceptisq̄ scopis, nec nō alijs purgatorijs instrumentis, cellam eius qui propter pius senem habitabat accedit, eamq̄ ingressus, manus illas inquinare cepit, que multis antea aromatis odorib. fragrabat, dexterāq̄ illam a Christo mendicatam, luto ac stercore cōspersit. Omiram uiri demissionem. Ut ergo senex p̄bauit multiphariā, Ioannis obedientiam, & p̄funditatem, imo altitudinē, magnæ uerecūdum humilitatis, occurrit, in brachia suscepit, ceruicem eius amplexatus est, oculos & faciem demulxit, humeros deosculatus est, & ait. Quod beatæ obediētiae athletā ego genui in Christo. Ioannes autem senilib. sermonib. adhuc magis erubescet, iterūq̄ phus cadēs, q̄sī corā deo p̄strat, lacrymis terrā rigauit. Nō. n. sermonib. paternis inflabat, necq̄ senibus p̄conis intumescebat. Ita. n. se rēh̄re scio. Intelligentes laudib. humiliari, p̄conis cōristari, et ad deū magis extollī. Post hēc p̄ filiū subleuat, & arrepta manu in cellā cū gaudio inducit. Diceret recte. Ioannem in edem restituit, in quā p̄ primū Adā p̄ inobedientiā figurabat, iā nouū effigiabat Chrm per summam illam, quā in seipso declarabat obedientiam.

NON MVLTO POST uidit senex insomnium purissimū, & audiuīt uocē. Ut quid fontē obturasti, qui p̄fundere posset tā dulce flumen, tamq̄ nectaream aquā, aquam ad refocillandas aīas, aquāq̄ gratior ea, que raro miraculo e petra scaturit, aquāq̄ quā bibere David desiderat, aquam quā Samaria tanæ dñs dedit, permitte fonti cursum. Fluet largiter, & in omnē orbem terrarum ueniet, aquam copiam, quæ hæresiū maria obteget. Sicutientes ad aquā hanc festinanter ueniant, & quibus non est argentum uitæ puræ, distractis affectionibus suis a Ioanne mercentur omnem in doctrinis & operibus sinceram puritatem. Hic accepit Propheticam Citharam, & Davidicū illud Psalteriū, & cantabit cantica noua, cantica domino deo, transcendet carmen Moysi, & modulationib. choraulian Marij, Fabulae erunt Orphei stultæ melodiæ. Hic cātabit hymnos Cherubicos. Hic imitabi ecclesias & filias Hierusalem. Hic adolescentulas faciet Tympanistrias, cantantes canticum nouum domino annunciantes mortem Christi & resurrectionem. Hic recte docebit fidei dogmata, & hæresiū distortas obliquitates infamabit, eructabitq̄ coreius sermones bonos, & dicet mirabilia opéra Regis. Sub diluculū autem ipsum, pater, qui noctu arcānis initiatus, Ioannem ad se uocauit & inquit. O fili, obedientiæ Christi aperi os tuum, ut attrahas spiritum, imo quem prius in corde tuo concepisti, per os tuum eructa.

Os enim tuum loquetur sapientiam & intelligen-  
tiam, quam nunc multo tempore in corde tuo mes-  
ditatus es. Aperi os tuum non in parabolis, sed ue-  
tloquij, non in ænigmatis, sed dogmatiſ . Loque-  
re ad cor Ierusalem, quæ uidet deum, pacificæ ſci-  
licet illius Ecclesiæ, non sermones temere, & in ae-  
rem fluentes, sed quos in pectore tuo spiritus san-  
ctus ſcripsit. Ascende in montem Sina uisionum &  
reuelationum Christi, & ſicut te humiliasti uſq; in  
abyſſos uariæ humilitatis, ita nunc ascende in mon-  
tem sanctæ Ecclesiæ, & prædica euangelizans Hie-  
rusalem. In fortitudine exalta uocem. Gloriosa enim  
dicta ſunt de te, ignosce autē mihi, ſi qua in re obſta-  
culo tibi fui. Ex ea hora coepit Ioannes hymnorū  
cantilenas, & melliflua cantica concinnare, quibus  
ad huc lætitiat Ecclesiā, & locum tabernaculi ad-  
mirabilis, ubi auditur ſonitus feſta celebrantium.  
Præterea autem & Panegyricos sermones tradidit:  
ſacramq; paginam a deo conſcriptam exarauit. Inſu-  
per in mysteria Theologiæ, & aliorum uerę fidei  
dogmatum ſuccinctioriſq; tam intelligibilium quā  
ſenſibilium conſiderationiſ, ianuam introductiois  
& egregiā in uitatione ſcripsit, quam ego Coelum  
uoco, quia tanquam ſtellis fulgebat, rectis demoni-  
ſtrationibus, collectis a ſcientia tam naturæ quam  
ſcripture. In eum librum qui nō respicit, & eius pul-  
chritudine nō oblectatur, is nimirum uel cœcus uel  
excœcatus eſt. Miserum autē dico, qui tam diuinitus

inspirata indigne tractat. Præterea longos aliquos  
ſermones conſcripsit. Item libros de preclara adora-  
tione uenerabilium imaginum. Habebat huius labo-  
ris adiutorem Cosmam, fraterna fide adiuuantem,  
quem & alias fratrem in diuino ſpiritu ſortitus eſt,  
qui & ſtudiorum, & educatiois, & monasticæ exer-  
citacionis ſocius fuit. Qui & ipſe Ioannem in ſpiri-  
tualibus canticis feliciter imitatus, & canora ecclie-  
ſiae cantica ſuccinuit in cithara & uoce psalmi, tor-  
pus ſuum, ( affectus mortificando ) deo in tympano  
exhibens, ſeipſum autem in Psalterium deca-  
chordum, in chordis quinq; ſenſitum, & paris nu-  
meri animi uirtutum, Cosmas ille Episcopus Maiu-  
manus a Patriarcha Hierosolymitano ordinatur, li-  
cet uia adactus, qui ubi commiſſum gregem rexit be-  
ne, & omnino ſicut deo gratum, deinde in ſene-  
ctute bona, ad patres ſuos abiit, imo ad deū migra-  
uit. Idem Hierosolymitani gubernator diuina inspi-  
ratione etiā Ioannem uocat, & ut ex cathedra ſenio-  
rum deū laudet, Presbyterum ordinat, qui tamen  
mox ad diuī Sabbas peluncam rediens, & in ſuum  
nidum, ut dicitur, ceu ſublime uolās Aquila ingressus,  
non hoc ſapiens dictum ſecum uerſabat. Presby-  
teros gemino dignandos honore, ſed dictū ipſum  
aliquatenus immutabat, contracq; ſe uertens dicebat,  
Presbyteris curæ eſſe debere geminam humilitatē,  
Presbyteris in duplum eſſe laborandum, nempe &  
in his quæ animæ, & in his quæ corporis. Sunt au-  
E

sem innobis per quam multa, quæ etiam ab his, qui se multum exercent incognita sunt, nisi ualde sobri sint, maxime si internum hominem contemnant. Occulta igitur illa & qualia sunt, fraudes, inuidia, suspicio, latens arrogantia, uana metis occupatio, mores intrinsecus tabidi & corrupti, inflatio ex humilitate corporis, continentia cum uoluptate, propriæ uoluntatis uendicatio. Ioannes ut e mente sua radice citus euelleret, labores laborib⁹ adnciebat, & in primis spirituales. Quippe ea quæ prius lucubrauerat, denuo sub incidem reuocans, diligenter considerabat & recognoscebat, corrigens & uerba & sententias, castigans dispositionem, honestans, si quid luxurians & immodice florulentum occurreret, carentes magnopere, ne sermones sui uel ostentatione uel leuitate uoluntarentur. Etenim sapienti cuiq; uide licet, modo lucubratioes eius aspiciat, quomodo sermonis grauitati decorum, sententiārumq; sublimitatem coniunxerit.

**I**AM **Q****VIS** zelum eius pro pietate ex sermonibus eius satis latuauerit, quod omnibus sapientiae diuitias tam liberaliter distribuerit. Adeptus enim scientiae talentum, ipsum non in duplum modo, sed & in decuplum multiplicauit. Parcior sum augendo numerum, ne terminos euangelicos transgredi uidear. Nam quod primū ex Damasco, & postea ex Palestina in eos, qui uenerabilitū imaginum in Cōstantinopoli direptores erant & contemptores, in-

uectus est, nihil eum aliud impulit, quam zelus diuinus. Vnde Megalopolitanum illud egregium personam, cui cum protho martyre Stephano nomen comitune, qui & sicut ille lapis pro Christo, & pro imagine eius ad coelum recurrit. Is meminit sermonū & contradictionum eius aduersus impios absentes, uocans eum uenerabilē atq; deiferū. Et licet summo sacerdotio initiatus non sit, si tamen ueritatem scrutaberis, uidebis & martyrij redimiculis, uiri capit cinctum, propter quam enim causam, manus sibi defecta, quam quod ob pietatis zelum oborta sibi fuit calumnia.

**P****O****S****T** **R****E****M** **V****M**, postq; sic uiuens consummavit monasticæ exercitationis cursum, tenuit fidem, immo dilatauit lucubrationib⁹, confirmauit doctrinam, & apud posteritatem cui profuit, solidauit, continuauit, & conseruauit, tandem ad Christum quem dilexit a cendit, et nunc illum non in imagine uidet, nec in effigie adorat, sed detecto uultu, gloriam beatæ trinitatis facie ad faciem spectat.

**Q****V****A****P****R****O****P****T****E****R** oportebat hunc athletam, hunc ascetam, hunc ecclesiæ adornatorem, ueritatis assertorem, exercitationeq; ac dogmatū scientia conspicuum, dantem intelligentiam non intelligentib⁹, præscribentem decreta rudibus, hunc inquam oportebat pro uirili nostro laudatorijs sermonibus efferre, nō quasi ei aliquid glorie dicendo addamus, sed ut ipse nostri uicissim memor sit in coelis, utq; nos

adhuc in terris peregrini cælesti gloria precibus suis adimplamur, illa inquam gloria, quam Davidis testimonium, filiae regis tribuit, & intra regiam animam habitare perhibet dicens. Omnis gloria filiae Regis intrinsecus.

ET O BEATA TISSIME, ignosce mihi, propter me apud deum seruens & irrepudiabilis intercessor esto, eo quod bonum hoc conuiuum, ab alio instructum, sicut tumultuario, & ut potuit homo ille, ego in genti desiderio, & summa diligentia in hunc sermonem transtuli, dolens hunc in Arabum sermone facere negligendum. Incitatus autem sum, quod & ego tuo nomine gaudeo. Diligentiam autem, tua benigna visita, adiuuit plurimum. Fac obsecro & me, tametsi corpore adhuc peregrinum, trinitatis adoratorem non crassum & carnalem, sed spiritualem, fac totum hinc corpore abscedentem, totum contemplationis amore peregrinum, totum holocausto amoris diuini consecratum, ut cum carne emigravero, nullis adhaerentibus affectionibus, fiducia bona tecum coram deo statuar, quem decet omnis Gloria, honor, & adoratio, nunc & in saecula A M E N.

Τοῦ οἰκολάμπαδίου Εγκρήσυος ήταν  
ἀνύπτατῷ εὐθέλιχῷ πόρῳ  
τῷ τιμωτάτῳ Βερνάρδῳ  
δωδεκαμέρῳ.